

Immoce[n]tius 6^{us}

Venerabili Fratri (f.) . . . Archi-Episcopo Lio[n]iensi
et Prussis Salutem et Apostolicam Benedictionem.

181

Ex parte Venerabilis Fratris Nostri (g.) Archi-Episcopi
Magnatim fuit propositum coram Nobis, quodcum
Nos, olim Tibi Nostri dederimus Litteris, (h.) in man-
datis, ut Dilectum Filium Fratrem Henricum de
Luziburgo de (i.) Ordine minorum, alicui Eccl[esi]a-
rum

(f.) Venerabili Fratri . . . Alberto de quo fuse actum est in Not. ad
Epistolam. Ut commissum de: Anno precedenti die 3^o
Martii ipsi Archi-Episcopo data.

(g.) Fratris Nostri . . . Siffredi III. cuius alias est facta mentio
ex Tom 4. nove Gallie Christiane PP. Maurin.

(h.) Litteris . . . Quibus Nos hucusque caremus.

(i.) Fr. Henricum de Luziburgo: ut. Luxemburgo et Lucil-
burgo Belgii amplas, Nobilique Civitate Ducatus
titulo insignita, ubi Fratres Nostri, ab ordinis exordio
locum habuerunt, eratque 2. Custodie Trevirensis in Pro-
vincia Coloniae, ex antiquo Provinciali, Ordinis apud
Polychronicon, et Pisacum Conformi. II. cuius Alum-
nus Frater Henricus asseritur, ex Comitibus Montis-
fortis à Papebrochio, in Not. ad Vitam S. Maximi Epi-
scopi Treviren, tom 7. Maii die 29. Act. SS. Bolland.
pag 34. n. 2.

rum Livoniae ac Prussiae, quam primum se facultas offerret, praeficeres in Episcopum, et Pastorem; tu quia postmodum se facultas non obtulit, mandatum Apostolicum non potuisti exequi in hac parte; Verum quia, sicut per Litteras Venerabilis Fratris Nostri Episcopi Semigallien. (c. a.) accepimus, propter nimiam corporis sui debilitatem, et alia plurima impedimenta, non potest exequi, ut decet et expedit, Officium Pastoralis; propter quod paratus est Episcopatum Summo in nostris Manibus resignare, mandamus quatenus ipsius vice Nostra, libera resignatione recepta, praedictum Fratrem Henricum Semigallien. Ecclesiae cuncto-ritate Nostra praeficias in Episcopum et Pastorem, et sibi munus Consecrationis impendes, faciens sibi ab ipsius Ecclesiae Subditis obedientiam, et reverentiam debitam exhiberi (c. b.) Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo.

- (c. a.) Episcopi Semigallien. Baldvini de Alba Monachi Anno 1232. à Gregorio IX. constituti, ex eius Litteris apud Ragnadum ad eum Annum, n. 1 et 2. Porro Semigallia olim Livoniae pars, nunc subest Ducui Curlandiae.
- (c. b.) Exhiberi. . . Quod factum comimus, sub initio Anno sequentis; Anno postmodum 1251. die 3. Martii è Semigallien. ad Curoniensem, seu Curlandiae Ecclesiam translatus est ex Bulla. Qua de speciali de. eodem Anno die 14. Martii emanata; quae infra suo loco dabitur.